Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



206

uerunt adme uuenient me. Mecum sunt divi-
tie et gloria. et opes superbe et iustitia. Melior est
fructus meus auro et precioso lapide. et genimina
mea argento electo. In uias iustitie ambu-
lo. in medio semitarum iudicii. ut ditem dilu-
gentes me. et thesauros eorum repleam. Eu cu
prosequuntur uos me. Al. Secm marcum.
Cum sederet ihc in monte oliuarum contra
templum. interrogabant eum separatim
petrus. iacob et andreas. Dic nobis. Quan-
do ista fiant. et quod signum quando hec om-
nia incipient consummari. Et respondens ihc
cepit dicere illis. Videte ne quis uos seducat.
Multi enim uenient in nomine meo dicentes
quia ego sum. et multos seducent. Cum autem
audieritis bella et opiniones bellorum. ne time-
ritis. Oportet enim fieri. sed nondum finis. Exurget enim
gens super gentem et regnum super regnum. et erunt
terremotus loca et fames. Initium dolorum hec.
Videte autem uos metipsos. Tradent enim uos in con-
ciliis et in synagogis uapulabitis. et ante re-